SALVADOR RODRIGUEZ
ENCUADERNADOR
San Juan de Dios
Tel. 23 16 26
GRANADA

Reg.: 30.766

BIBL ... VERSITARIA
... ANADA ...
Sala Caja
Esta. A
Núm. 42

(22)

Cessio iurium et

Actionum = ubi quando per ipsam Innovatio contingat?

Regula examinandi Instrumentum per cessionem iurium

1° inspiciendum instrumentum et tenor cessionis et notanda causa cessionis ut iudicetur an sit simulata: an venditio, an in solutum fiat.

2° an ex eo continet delegationem primi debiti in aliud simile vel dissimile [illegible] et an habeat omnia requisita ad causandam innovationem

3° Inspiciatur num prima obligatio fuerit condicionalis vel absoluta et secunda cuius generis sit.

4 Casu quo constet innovatio num debitor liberetur a priori Contractu.

Quaestiones circa Cessionem iurium et Actionum.

Dubium 1.

Expressio causae quid operetur in instrumento cessionis?

[illegible] tenetur [illegible] debita [illegible] debitor; ut tamen quod sit [illegible] quod sit [illegible] solvendo [illegible]

1 In primis praemittendum est quod necesse est Cessionarius sumarie in Liquidum causet et iustificet se tueatur causam suam: v.g. si Petrus mihi debeat centum ex emptione vel venditione volumus hoc debitum in alterum transferre hic in quem transfero actiones et qui dicitur Cessionarius ut contra Debitorem exequi valeat debet cessionis instrumentum producere causas: ut si emit quod debiti aequivalens solverit aut condignum pretium: eorumque quae allegantur a cessionario ad executionem copia et notificatio Debitori facienda ut possit ad excipiendum procedere. In instrumento etiam cessionis sine simulatione constare debet fides de pretio soluto vel aequivalenti reddito. Ad Liquidationem non sufficit cedentis confessio, renunciatio exceptionis de pecunia non numerata vel exceptionis rei non [illegible] Et ratio est quia hoc confessio vel renunciatio praeiudicat cedenti; at debitori praeiudicare non potest cuius interest quod [illegible] simulatio in cessione non contingat. Et probare quod abest simulatio ad cessionarium pertinet L. ab [illegible] C. Mandati vel contra Parlador. L. 2 Rerum Cotidian. cap. finali 3. partis §. 4 n° 6. [illegible] Rodrig. Suarez de Executionibus cap. 3 n° 24. Bartol in L. singularia ff. si certum petatur—

2 Cessio iurium (vulgo Poder en causa propia) facta vel simulata nulla est [illegible] in L. finali C. de falsa causa adiecta traditione [illegible] consil [illegible] Ioan. de Grass. tract. de cessione iurium n° [illegible] in [illegible] C. de Procuratoribus que habet L. 64 et 8 [illegible] faziendole Personero para demandar aquella Debda [illegible] como cosa propia poniendole en su lugar e [illegible] poderes para poder demandar aquella Debda e la pena e los daños e menoscabos bien asi como el vendedor lo podria fazer en Juizio e fuera de Juizio: y esta vendida fizo por precio de tantos maravedis los quales el sobre dicho conto e dio al vendedor ante el Escrivano publico e los testigos que son escritos en esta Carta. Unde licet fateatur Cedens donare ob merita et beneficia accepta a Cessionario

ex instrumento precium esse solutum constare debet ut ea
parata sit et liberetur ab omni suspicione fraudis et simula
3 Insuper Cedens tradere debet Cessionario
instrumenta debiti et titulum contra Debitorem: atque idem
mentis harum Cessionum una Clausulam apponendam
indicat Siguenza cap. 38 de clausulis instrumentalibus
para cobrar lo susodicho vos entrego y doi original
obligacion y titulos que para ello tengo y vos cedo
y traspasso todo el derecho y action que para lo susodicho
y en qualquier manera me queda pertenecer y os ha
curador y actor en vuestro hecho y causa propria
nisi cessionario tradantur tituli non videtur perfectus contractus
4 Sed perfecta cessione in hunc modum quam actionem
Cessionarius contra ipsum cedentem? Ad quod nullam si extent de
bitoris de quibus solutio fieri potest = Aliud si bona non
sint alias gravata et aliena sint: vel quia etsi propria
in subhastatione defuit emptor qui sponderet. Tunc cedens
ad satisfactionem: et bonorum emptorem exhibere ut decisum
docto Iudice narrat relatus Siguenza. videndus
181 Cedens quando teneatur cessionario?
5 Debitor vero facta cessione an possit solvere cedenti vel
solvendum sit cessionario Disputat late in utramque relatus
ex aliorum decisionibus. Et habent plures quod valet solutio facta
cedenti vide ibi =
6. Si cessio facta est liberaliter et Donationis titulo
a cedente potest ut constat ex L. 3. C. de novationibus
Glossa = Excipe si litis contestatio processit inter cessionarium et de
bitorem: vel quia debitor coepit solvere partem debiti: vel
quibus fuit debitor et ipsi notificata cessio cum instrumento facta
(sola notificatio sine scriptura non sufficit) L. dicta 3. C. de novationibus
L. Nomen C. Quae res pignori obligari possunt ibi Glossa Bartol.
DD. Dixi posse revocari cessionem gratuito factam: quoniam si
necessaria obligationis facta est revocari non potest L. Procurator
rem suam et ibi Glossa ff. de Procuratoribus ibique DD.
in L. Quae omnia §. plane D. eodem Parladori L. 3
§. 2 n. 5 et 6 et Different. 50 §. 2 num. 2
7 Sed si intervenit pactum quo creditor renunciavit
actiones; vel promisit se ius illud in alium non transferre
nulla est ut illius creditor compelli non potest = Fideiussor qui
pro debitore non potest repetere ab alijs fideiussoribus: si creditor
nunciavit cessioni actionum Glossam L. Nisi hoc actum ff.
Afflictis Decis. 182 n. 10 Gregor. Lopez L. 11 Glossa
finem tit. 12 Partit. 5 Negusantius de pignor. 5 p.
3 n. 24 et 25 =
8 Cessio actionum facta potentiori nulla est nisi testamento
per ultimam voluntatem L. 15. 16. 17 tit. 7 Partit 3.

Dubium 2m

Quando per cessionem iurium contingat innovatio prioris obligat
1 Delegatio vel innovatio prioris contractus

L. 15 tit. 14 Partit. 5 Renovamiento en otra manera de quitam.to
que desata la obligacion principal de la Deuda, bien assi como la paga.
Esto seria como si un ome vendiesse a otro alguna cosa e despues el com
prador renovasse el pleyto en otra manera con el vendedor obligandose
a pagar el precio como en razon de emprestido. Itaq. in innovatione debet
variari contractus ita q. in nova scriptura et obligat.e sit mutuum v.g. quod
antea erat obligatio ex empto et ex voluntate contrahentium transfunditur
in aliud genus Contractus Salicetus in dicta L. finali C. de innovationibus
text. in Lege si ex pretio C. si certum petatur et ibi Glossa L. non adver
sus C. de non numerata pecunia Et ipso iure quando est novum genus Con
tractus succedit innovatio invalidaturq. prima obligatio tum quoad per
sonam, tum etiam quoad pignus hypothecam et absolute quoad omnes
vim obligationis = Similiter quando in vim seq.tis obligationis transfertur
et transfunditur precedens ~~similiter~~ innovatur ut ad p.dicta Lege 15 Partit.
5 supra citata. E aun dezimos que se podria renovar en otra manera
el pleyto que fuesse fecho primeram.te assi como si el Deudor que de
viesse alguna cosa a otro renovasse el pleyto otra vez dando otro debdor
o manero en su lugar a aquel a quien deviesse la deuda a plazer del
deziendo abiertamente el Debdor que lo fazia con voluntad que el prim.o
fuesse desatado — ibi Greg. Lopez Glossa 4: Et in hac delegatione
et innovatione necesse est q.d creditor accepit secundum debitum et illud re
cipiat in solutum ut constat ex predictis verbis Legis et in scriptura de
legationis, et innovat.s expressa mentio facienda est prima ~~hi~~ liberat.s v.a obligat.e =
Necesse etiam est quod secundum debitum in quod transfunditur
sit liquidum vel secundus debitor sese obliget ad solvendum: alias non
rescinderetur prima obligatio ut constat ex secunda parte Legis p.dicte 15
ubi dat dando otro debdor, o manero et Lege 2 titulo 16 L. 5
nove recopilationis L. quamvis § Si mulier ff. ad Velleianum et ibi
Glossa =
3. Unde si debitor substitutus et admissus ad paupertatem devenisset et
solvendo non esset non datur actio contra primum debitorem Bart.
in L. singularia ff. si certum petatur et in L. Paulus ff. de
novationibus. et in dicta Lege 15 E maguer este segundo que
renovo el pleyto sobre si viniesse a pobreza de guisa que no oviesse
de q. pagar la Debda: con todo esso el q. la devia aver; no
ha demanda en esta razon contra el primer debdor
4 Unde si simpliciter solum delegatio facta est nulla habita men
tione relevationis prioris obligat.e neq. acceptat.e novi debitoris aut
liquidat.e debiti ~~nulla~~ est innovatio quia liget ambos debitores in
vim prioris debiti v.g. si dicat Ad cuius solutionem et satisfactionem
ego N. do et cedo debitum quod mihi debet Petrus. Hoc sentium
esse ex p.dicta l. 15 docet Sequenza de Clausulis cap.l 39 n.o
8. Mas si las palabras sobredichas non dixesse el debdor q. do
quando renovasse el pleyto segundo; mas simplem.te dixesse q. dava
por Debdor o por manero de aquella Debda a fulano estonce
por este renovamiento del pleyto no se desataria el primero: antes
dezimos q. se afirmaria e fincarian obligados por la Debda

tambien el uno como el otro. et in L. Finali C. de novat. Et contrarium tenere videatur Zevallos Comun. contra comun. q. 754 et 755.

5. Propterea notat bene Salas Siguenza nº 4. quod ex praxi quod partes operentur ignari et sine providentia futuri: quia scriba scite partium mentem non exprimit ita quod in contradictorio iudicio contrarium veritati iudicetur; hoc evitandum si non est animus partium per cessione innovare contractus expediet id exprimere in instrumento dicendo maneat in suo vigore primus contractus et obligatio in prioritatem antiquitatis tum antelationis tum hypothecae et privilegii sine innovatione primi contractus; sed ad solutionem dicti tale debitum. Lex in L. 3 Qui potiores in pign. habe...

6. Notandum tamen quod si prima obligatio fuit condicionalis condicta ad certum diem et secunda obligatio vel debitum in qua delegatur non est conditionale ut certo diei ligatum: innovatio continget dum non purificetur vel certus ille dies pervenerit si innovans contractum ante praedictae conditionis implementum vel mutaverit statum ita quod non potuit in iudicium provocari intelligitur innovare obligationem et contractum dicta L. 14 ... Gregor. Lopez

7. Si maritus promittum fuit aliquid in dotem ... et determinate et casu quo iis fuerit solum bona aliqua ... in hipothecam assignata fuerunt ut exinde solutio fiat ... termino ipsi liberi est electio vel petendi quod debetur ... vel exequendi in bonis hypothecatis: faciat vero electionem ... alterius v.g. executionis in bonis ita innovatur contractus ut ... recursus ad petendum in quantum praedicta Decius Consil. 17 ... refert et sequitur Greg. Lopez d.a L. 15 Glosa fine ... L. 2. de iuramento contra cap. 63 nº 9.

Cº 3

Quid agendum si plures sint Creditores et forsitan antiqui et aliquid à debitore cedatur uni in solutum.

Saepe dum bona debitoris traduntur in solutum timetur superveniat alius Creditor cuius ius antiquius et praeferendum sit. Quid tunc ... Advertendum est ei creditori cui traduntur bona ut illa recipiat instrumento suis clausulis et expressionis. Ad solutionem ... exprimo me propterea nullo pacto velle recedere a iure ... in bona dicti Debitoris: et quocumque recipit in solutum ... praeiudicium eius quod prius habebat in bona debitoris, atque ... unius. Etiam si bona tradita sint creditori alteri iuste in ... rebus possidente.

PAPELES
de
DERECHO

Caja
A-42